Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



et sagittas meas cõplebo in eis. Consumentur fame: et deuorabunt eos morsu amarissimo. Dentes bestiarũ mittã in eos: cũ furore trahentiũ super terrã atq; serpentiũ. Foris vastabit eos gladius et intus pauor: iuuenẽ simul ac virgine lactantẽ cũ homine sene. Et dixi vbi nam sunt: cessare faciã ex hominibus memoriã eorũ. Sed propter iram inimicorũ distuli: ne forte superberent hostes eorũ. Et dicerent manus nostra excelsa: et non dñs fecit hec omnia. Gens absq; consilio ẽ et sine prudẽtia: vtinã saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent. Quomõ persequatur vnus mille et duo fugarint decem milia. Nonne ideo quia deus suus vendidit eos: et dñs conclusit illos. Non enim est deus nr̃ vt dij eorũ: et inimici nri sunt iudices. De vinea sodomorũ vinũ eorũ: et de suburbanis gomorre. Vua eorũ vua fellis et botrus amarissimus. Fel draconũ vinũ eorũ: et venenũ aspidũ insanabile. Nõne hec condita sunt apud me: et signata in thesauris meis. Mea est vltio et ego